UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

LXXXIX. Markgraf Otto vereignet einem Altare in der St. Kataharinenkirche der Neustadt Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Zolle und aus der Münze, am 1. Sept. 1367.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54022

Visual Library

heiten, gnaden vnd allen guten gewonheiten, dye ſye gehat vnd gebruket hebben vnd willen em dye meren vnd beteren vnd nicht mynnern odir krenken . . . Ok wille wi vnd ſchullen en holden ewekliohen alle redeliche brieue, dye ſye von den olden furſten Marggreuen tu Brandenburg unſen voruaren, den god gnade, vnd von den houchgeborn Ludewige dem Eltern vnd Ludwige dem Romer, ok Marggreue tu Brandemburg, vnſſen leuen brudern, gehat hebben vnd ok von vns hebben, vnd vornyen dye vnd beſtetigen en dye myt dieſem brieue. Des tu orkund hebben wi dieſen brieff laten verſigeln myt vnſſem angehangenen Ingeſigel. Darouir ſyn geweſen dye Edle man henrich graue tu Swartzburg vnd dye veſten manne Mertyn von kuntzendorp ritter, vnſer Houemeiſter, henrich von ſchulenborg vnde andere Erbare lude genug. Gegeuen tu Alden Brandenburg, na gods gebūrd dritteynhundert Jar, darna in dem vif vnd ſeſtigeſten Jare, an dem fritage na ſunte Johans daghe baptiſten.

Nach dem Original.

**LXXXIX.** Markgraf Otto vereignet einem Altar in der St. Katharinenkirche der Neuſtadt Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Zolle und aus der Münze, am 1. Sept. 1367.

Noverint univerſi tenorem preſentium inſpecturi, quod nos Otto, dei gratia Brandenb. et Luſatie marchio, ſacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Reni et dux Bavarie, ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, glorioſe virginis, matris ſue Marie, et omnium ſanctorum, etiam ob jugem et perennem magnificorum principum, marchionum Brandeb., predeceſſorum noſtrorum pie recordationis, heredum et ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam et etiam ad inſtantiam et requiſitionem diſcreti viri, Nicolai, dicti Gier, civitatis noſtre nove Brandenburg civis, fidelis noſtri dilecti, appropriavimus et preſentibus appropriamus quinque talenta denariorum Brandenb. in telonio civitatis noſtre nove Brandenburg et tria talenta, ibidem in moneta noſtra ſita, redituum annuorum ſingulis annis ex iis percipienda in feſto ſancti Martini, que prius Anno de Koldenhagen a nobis habuit, tenuit et poſſedit, ad altare conſecratum in honorem ſanctorum apoſtolorum Philippi et Jacobi, ſancti Gregorii et ſancte Eliſabeth, ſitum in eccleſia parrochiali ſancte Catherine in predicta nova civitate Brandenburch, perpetuis temporibus juſto proprietatis titulo ſine impedimento quorumlibet pertinenda ſicque ut altariſta predicti altaris, qui pro tempore fuerit, predictos reditus percipere debeat ſingulis annis, habere et perpetuo poſſidere, renunciantes etiam pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis competit aut competere poterit aliqualiter in futurum. Volumus etiam, quod Nicolaus Gier predictus, Adelheidis, ejus conthoralis legitima, et ipſorum heredes utriuſque ſexus et ſi omnes illi abſque heredibus decederent, extunc Jacobus Gier, patruus predicti Nicolai et ſui heredes perſonam idoneam ad predictum altare, quotienscunque vacaverit, debebunt et poterunt preſentare. Si etiam omnes predicti, videlicet Nicolaus Gier, Adelheidis, uxor ejus, et ipſorum heredes, abſque heredibus decederent, extunc prenominatum jus preſentandi ad predictum altare debebit ad conſules civitatis noſtre nove Brandenburg derivari pariter et devolvi. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum preſentibus nobilibus viris Henrico comite de Schwartzburg, domino in Arnſtede, Friderico comite in Orlemunde, ac ſtrenuis viris Johanne de Rochow, Hermanno de Hermanſtein, camere noſtre magiſtro, cum ceteris quam plurimis fide dignis. Datum Spandow anno domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſeptimo, in die ſancti Aegidii confeſſoris.

Nach dem áltern Brandenb. Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN